non resistentibus, iamque de vita desperantibus, eos usque ad balneum desub monte Pisano victoriosissime et fuderunt et fugaverunt. Tunc capti sunt ex eis, preter vulgarem multitudinem, equites triginta septem. Captus est et vicecomes comitis Alberti de loco Akana

al. man. s. XII.

1144. Nono Kal. Mad. Esto memor lector, quod Pisani superati

sunt a Lucanis in monte Moricionis.

al. man. s. XII.

Pisa gemit. nummus perit, quia Luca cremavit

Heu nova Pisa ruit, set gaudet Luca ruinis.

Millenus centenus quinquagesimus annus

Tunc Salvatoris, quando ruina fuit.

al. man. s. XII.

1159 Imperatore federico in Lombardia regnante, mortuo papa Adriano, scisma ortum est in eccla Romana .... papa tres manent ...... imperatorem Cremam...

..... funditus destruxisset, congregato cetu epōrum et alterius ordinis clericorum tam Lombardiae quam teutonici regni eiusdem imperatoris favore Octavianus in summum pontificem est receptus. Eodem igitur anno 15 Kl. Sept. (Septembris) luna passa est eclipsim. Infra sex vero menses, pridie idus febr., luna perfecte obscurata est.[a] Nondum vero revoluto eodem anno, 7 idus August. luna tota obscurata est.[b]

al. man. s. XII.

A.D.i. 1168. 17. (XVII) Kl. Jul. apud Ascianum prelium commissum est inter Lucanos et Pisanos, in quo Pisani superati sunt et effugati, et Lambertus[b] maior et minor, et alii plures capti sunt.

A.D.i. 1169. 7 idus Mart. Item commissum est prelium apud Agnagum, et superati et effugati sunt Pisani, et captus est ibi Bulsus et Alamano et quamplures alii

al. manus. XII.

Castrum Boianensium destructum est a Lucensibus anno 1128.

a) sillor ... eos b) ... c) pr. v. m. ... ; a) papa ... ; b) der folgende ... ; b) Lamberto (?) ; c) ... ead. m. ...

a) ... mutatur ... mutatur